

Explanatio sancti Thome

tis dicatur quo utitur mors. et sic per mortem intelligitur dyabolus. Apo. 6. Nomen illi mors. Et sic stimulus mortis est temptatio dyaboli. Et sic totum quod dicit de morte exponitur de dyabolo. ut in glo. habetur. Vel stimulus mortis id est a morte factus id est a carnali concupiscentia. Iaco. 1. Concupiscentia cum conceperit etc. Concupiscentia enim primo volentes allicit sicut in intemperatis. Secundo repugnantes trahit ut in continentibus. Postea contendit sed non vincit ut in continentibus. Postea debilitatur eius contentio sicut in temperatis et ultimo totaliter debet sicut in beatis quibus dicere cōpetit. Ubi est mors contentio vel victoria tua. Quia ergo stimulus mortis destructus est non per legem sed victoriam xpi. ideo deo sunt reddende gratiarū actiones. Et hoc est quod dicit. Deo autem gratias scilicet ago seu agamus qui dedit nobis victoriam mortis et peccati per iesum xpm non per legem. Iob. 16. Hec est victoria etc. Ro. 15. Quis me liberabit etc. Gratia dei etc. Nā quod impossibile etc. Consequenter cum dicit. Itaque fratres mei etc. Subdit ammonitiones sicut enim dictum est pseudo apostoli corripiebant corinthios negando resurrectionem. et ideo postquam lazarum astruxit fidem resurrectionis et per exempla ostendit ammonet eos quod bene se habeant ne seducantur a pseudo apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo enim eos in fide confirmat dicens Itaque scilicet iam ostensa resurrectione fratres mei per fidem per quam omnes sumus filii dei. Iohan. 1. Dedit eis potestatem etc. Dilectissimi per charitates qua debemus nos inuicem diligere. I. Iohan. 4. Hoc mandatum habemus a deo etc. Stabiles estote scilicet in fide resurrectionis ne recedatis a fide. Ephe. 4. Non simus sicut paruuli fluctantes etc. et immobiles ne scilicet ab alijs seducamur. Col. 1. In fide fundati stabiles et immobiles etc. Secundo inducit ad bona opera dicens: Habundantes in omni opere bono semper. Gal. vlti. Dum tempus etc. puer. 3. In habundanti iusticia. Tertio roborat eos per spem dicens: Sciētes per quod etc. Sap. 3. Non enim labor gloriofus est fructus.

Incipit capitulum sedecimum.

De collectis autem que fiunt in sanctos. sicut ordinavi in ecclesijs galatie: ita et vos facite per unam sabbati. Unusquisque vestrum apud se reponat recondens quod ei bene placuerit: ut non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero quos per epulas hos mitram perferre gratiam vestram in hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam: mecum ibitur. Veniam autem ad vos cum macedonia pertransiero. Nam macedonia pertransibo. Apud vos autem foris manebo. vel etiam hiemabo ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: si dominus permiserit. Permaebo autem ephe si visus ad penthecostem. Ostendit enim mihi apertum est magnum et evidens et aduersarij multum.

Supra per totam seriem epistole proposuit apostolus corinthiis quandam doctrinam generalem. in hoc ultimo capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria. Et

circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debeant alijs facere. Secundo ostendit quid alij faciant ipsis ibi. Salutat vos ecclesia etc. Circa primum duo facit. Primo instruit eos de his que debent facere ad absentes. Secundo vero de his que debent facere ad presentes ibi. Vigilate et state in fide etc. Circa primum tria facit. Primo instruit eos de his que pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in hierusalem. Secundo de his que pertinent ad apostolum ibi. Veniam ad vos cum etc. Tertio de his que pertinent ad discipulos ibi. Si autem venerit etc. Circa ea que debent fieri sanctis qui erant in hierusalem de tribus instruit eos apostolus. Primo qualiter elemosina sanctis facienda: sit colligenda. Secundo qualiter sit conseruanda ibi. Unusquisque autem vestrum etc. Tertio qualiter sit in hierusalem transmittenda ibi. Cum autem presens fuero etc. Circa primum sciendum est quod sicut legitur actu. 4. Nos erat in primitiua ecclesia ut conuersi ad fidem venderent possessiones et omnia que habebant et preclium ponerent ad pedes apostolorum et de eis vnicuique prout erat opus prouideretur. ut sic nullus haberet proprium sed essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum omnis religio ab illa sancta societate suscipit exordium. Contigit autem ut fame perualida exorta pauperes sancti qui erant in hierusalem inopia maxima laborarent. unde factum est ut apostoli ordinarent ad ipsorum subuentione quod per alias ecclesias xpi collecte fierent. et hęc commissio facta est paulo et barnabe. Gal. secundo dederunt mihi et barnabe etc. Et quia apostolus super hoc sollicitus erat monebat illos quos conuerterat ut eis subuenirent quia sicut ipse ad Roma. dicit. Iustum est ut a quibus spiritualia receperant temporalia ministrarent. Et hoc est quod dicit. De collectis autem que fiunt per ecclesias in sanctos id est in vnum sanctorum et non quorumlibet. Eccles. 12. Da iusto et ne recipias peccatorum. Non quod peccatoribus non sit aliquid dandum. sed quia magis debet quis dare elemosinam iusto indigenti quam peccatori. Sic ordinari in ecclesia galatie. ita et vos facite id est colligite per vnam scilicet diem sabbati id est septimane. Et hoc ideo ordinatum est ut paulatim qualiter ebdomada aliquid paruum soluerent. ne si simul totum soluisent grauarentur. Et licet eis paululum videretur et quasi insensibile paulatim dare tamen completo anno elemosine in simul collecte magne erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum scilicet dies dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit apostolus. quia iam inoleuerat consuetudo ut populus in dominicis diebus ad ecclesiam conueniret. Leuit. 23. Dies primus celeberrimus erit atque sanctissimus etc. Et post. Est enim ceteris que collecte etc. De huiusmodi elemosina dicitur Danie. 4. Peccata tua elemosinis redime. Et Ecclesia. vicesimo nono. Elemosina viri quasi sacculus etc. Quia vero non solum debet apponi modus in colligendo sed etiam in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter collecte conseruentur cum dicit. Unusquisque autem vestrum etc. In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliqui crederent quod apostolus faceret collectas istas magis causa questus proprii quam propter necessitatem sanctorum. ideo suspitionem hanc vitans et quantum ad se et quantum ad suos ministros noluit victam pecuniam a se seu a suis ministris custodiri. sed ordinavit quod quilibet illud quod sibi placebat elargiri reportaret domi et conseruaret foris: faciens sic per totum annum. Et huius ratio erat quod apulus nolens bar quod quando veniret corinthum vacaret collectis sed doctrina et spiritualibus. Et ideo dicit. Et non cum venero etc. Act. 6. Non est equum nos relinquere etc. qualiter autem debeant

in epistolā I ad Corinthios XVI

mitti in hierlm subdit dicens. **C**uz autē p̄sens fuero &c. Quasi dicat. **N**ec in hoc volo aliquos sp̄aliter onerare cū p̄sens fuero. **I**. ad portandū pecuniā: sed mittā illos quos probaueritis. **I**. approbaueritis mittendos mittaz in q̄ per epistolas. **I**. cum eplis missis a vobis & q̄ nobis laudatorijs & cōmēdatōijs scz in quibz cōtineat quantitas pecunie cōmēdatū studiū nostrū & charitas. **V**ittā in q̄ perferre gr̄am vestram. **I**. q̄ gratis dabit̄is sanctis pauperibus in hierlm. **2. Coz. 8.** Notam facimus vobis gratiam dei &c. **I**n hierlm. **I**. sanctis qui sunt in hierusalem: & nō solum mittam alios quos probaueritis s; si dignū fuerit &c. **I**. si magna quantitas fuerit mecū ibit in quo inducit eos ad bene & liberaliter soluendū **Ro. 15.** **N**unc igit̄ proficiscar hierusalem ministrare sanctis &c. **C**ōsequenter apo stol⁹ instruit eos de his que pertinent ad seipm. **E**t circa hoc tria facit. **P**rimo p̄mittit eis suam p̄sentiam dicens. **V**eniā ad vos cū macedoniā p̄trāsiero &c. **C**irca quod sciendū ē q̄ sicut dicit **Act. 16.** **T**ir macedo apparuit apostolo cū eēt troade deprecans eum & dicens ei. **T**ransiens in macedoniā libera nos. **E**t ergo apostolus iussa impleret disposuit se macedoniā iturū. **E**t q̄ macedonia erat media inter asiam et achaia in qua est corinthum: ideo dicit. **C**um p̄trāsiero in macedoniā veniā ad vos: imo veniā ad vos in de scz quia tunc ero vobis propior. **S**ecōdo p̄mittit se facturū apud eos diuinā moram dicens. **A**pud vos forsitā manebō. **I**. morā contrahā vel etiā h̄yemabō: id est p̄ totam h̄yemā permanēbo vobiscū: quia multa corrigēda sunt in vobis. **V**el causam quare ad eos vadit subdit cū dicit. **E**t vos me deducat̄is quo cūq̄ iero. **E**t dicit q̄cūq̄ q̄ nesciebat determinate quo ieret nisi s̄m q̄ spiritus sanctus inspirabat sibi. **D**educatis in q̄ non defendatis me sed vt doceatis vias. **T**ertio cū dicit. **H**olo etiā vos. &c. excusat dilationē sue p̄sentie dupliciter. **Q**uo modo quia corinthij possent dicere nō est necesse q̄ tantū distans venire: & q̄ primo vadās in macedoniā: quia tu potes venire in achaia & permanere ita q̄ nō transiens per macedoniā. **E**t ad hoc dicit licet sic possit venire ad vos tamē non diu possit manere vobiscū: quia statim oportet me esse in macedoniā redire in asiaz: vnde qz nolo vos modo in transitū videre: ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquā moram contrahere vobiscū si dominus p̄miserit. **D**icit s̄ domin⁹ p̄miserit quia forte vel anteq̄ eēt ibi vel postq̄ iā esset ibi dñs inspiraret ei q̄ ieret ad alium locum vbi faceret maius bonum. **A**lio modo excusat se & hoc videtur magis litterale quia oportebat eum diu manere apud ephesum qd̄ est in asiaz: & ideo dicit. **P**ermanēbo autem ephesi vsq̄ ad penthecosten &c. **F**orte hec epistola missa fuit i h̄yeme seu in vere & tunc post penthecosten debebat ire in macedoniā & morari ibi vsq̄ ad h̄yemē: tunc ire corinthum est hiemare. **R**ationem autem quare volebat morari ephesi vsq̄ ad penthecosten subdit cū dicit. **O**stium autē &c. id est magnū fructū facio in epheso. **E**t dicit ostiū esse apertum magnum. id est multa corda hominum ad credendum parata: & euidens quia sine contradictione **Coll. 4.** **A**dantes simul & pro nobis vt de⁹ aperiat nobis ostium. &c. **S**ed quia sunt multi aduersarij qui cōstatim impediunt vel subintrant. **S**i ergo absentare me tār⁹ fruct⁹ possit defacili impediri: nō nolo recedere quousqz sitis bene firmati. **A**po. 3. **E**cce dedi corā te ostiū apertū.

Lectio secunda.

I autē venerit thimothe⁹ videte vt sine timore sit apud vos: opus enīz

domini operatur sicut & ego. **N**e q̄s ergo illū spernat. **D**educite autē illū in pace vt veniat ad me. **E**xpecto enī illū cū fratrib⁹. **P**e apollo autē fratre vobis notū facio: qm̄ multū rogauī eū vt veniret ad vos cū fratrib⁹: & vtiqz nō fuit volūtas eius vt nūc veniret: **V**eniet autē cū ei vacū fuerit. **V**igilate stante in fide: viriliter agite & confortamini: oīsa enī v̄ra in charitate fiāt. **O**bscuro autē vos fr̄es nostis domum stephane & fortunati et achaici qm̄ sūt primitie achaie & in ministrariū scōz ordinauerūt seipos vt & vos subditi sitis eiusmodi: & omni cooperati & laborati. **G**audeo autē i p̄sentia stephane & fortunati & achaici qm̄ id qd̄ vobis deerat ipi suppleuerūt. **R**efecerūt enī & meū sp̄m & vestrū. **C**ognoscitur ergo q̄ eiusmodi sūt. **S**alutāt vos oēs eccl̄ie asie. **S**alutat vos in domino multū aquila & prisca cū domestica sua eccl̄e sia apud quos & hospitor. **S**alutāt vos oēs fratres. **S**alutate inuicē i osculo scō. **S**alutatio mea: manu pauli. **S**i quis nō amat dominū nostrū iesum xpm̄ sit anathema maranatha. **G**ratia dñi nostri iesu xpi vobiscū. **C**haritas mea cum omnibus vobis i xpo iesu amen.

Hic instruit eos de his q̄ p̄tinēt ad discipulos suos & p̄tio de his q̄ p̄tinēt ad thimotheū. **S**ecōdo de his q̄ p̄tinēt ad apollo ibi **De apollo &c. De thimotheo tria mādāt. P**rimo vt secure custodiat. **U**n dicit. **S**i autē venerit ad vos thimothe⁹ videte studeat vt sine timore sit apud vos. **F**orte aliq̄ cōmotio fuerat ibi propter pseudo aplos. **2. Coz. 7.** **F**oris pugne intus timores &c. **E**t hoc debetis facere qz op⁹ dñi opat sicut & ego p̄dicādo. **1. Tim. 4.** **T**u vero vigila: oībus labora. **S**ecōdo vt i honore habeatur: & iō dicit. **N**e q̄s ergo illū spernat. **E**t rō hui⁹ ē forte qz iuuentis erat. **2. Th. 4.** **N**emo adolescentiā tuā spernat. **Luc. 10.** **Q**ui vos sp̄nit me sp̄nit. **T**ertio vt pacifice deducatur: & hoc ē qd̄ dicit. **D**educite autē illū &c. **E**t rō hui⁹ ē: qz expecto illū cū fr̄ibus q̄ sūt cū eo. **¶ De apollo &c.** **I**ste ē ille apollo de q̄ habet **Act. 18.** **Q**uīde⁹ qd̄az &c. & iste fuit in achaia & fuit q̄s sp̄ialis doctor eoz post aplm̄. **1. Coz. 3.** **E**go plātavi apollo rigauit. &c. & vt glo. dicit ep̄s erat. **E**t qz corinthij male se habuerant recesserat ab eis & iuerat ad aplm̄. **P**ostmodū h̄o corinthij rogauerūt aplm̄ vt remitteret illuc ipsū ad qd̄ r̄ndet eis d̄ c̄s. **D**e apollo autē fr̄e quē rogastis remitti ad vos notū vobis facio tria. **P**rio p̄ces meas sibi factas qm̄ multū rogauī eū vt veniret ad vos cū fr̄ibus. **E**t dicit rogauī eū h̄ possit p̄cipere: qz magnis viris non defacili d̄z fieri p̄ceptū. **1. Th. 5.** **S**eniorē obsecra &c. **E**c. 32. **R**ector: em te posuerūt &c. **S**z nūqd̄ licuit sibi relinq̄re populū suū. **A**d hoc dicendū q̄ sicut **Grego.** dicit qm̄ omnes subditi male se habent & nolūt corrigi: licet ep̄o recedere ab eis. **U**nde qz isti erant tales licuit ei. **V**el dicendū ē qz forte nō erat ep̄us eoz sed sp̄aliter p̄dicauerat eis. **S**ecōdo responsū apollonis: qz renuit venire ad eos ibi. **E**t vtiqz